



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

I. De iustitia efferenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

XXVI. De eo qui excommuni-  
catum vel vitlagatum custodie-  
rit.

XXVII. De misericordia exhiben-  
da.

Pii regis pia peroratio.

## PRO O E M I V M.

**H**ÆC illa humana atque politica sunt iura, quæ sapien-  
tum adhibito consilio per omnem Angliam obser-  
uari præcipio.

## LEGES ECCLESIASTICÆ.

## I.

In primis iustæ leges vt efferantur, iniustæ deprimantur, Regii ma-  
nuscripti  
infra editi  
proœmium,  
volo. Iniquitatē atque iniuriam pro sua quisque virili par-  
te omnem e regno radicitus euulsam funditus extirpato,  
iustitiamque extollito diuinam. Ad posterum vero ino-  
pes æque atque diuites digni qui iure fruuntur legitimo pu-  
tandi sunt, atque vtrisque ex æquo & bono ius reddendū.

## II.

Edocemus autem, vt si quis in re deliquerit aliqua, adeo-  
que capitale aliquod crimen admiserit, ea tamen in mul-  
cta irroganda adhibetor moderatio, vt ad diuinam cle-  
mentiam temperata hominibus tolerabilis esse videatur. Regii ma-  
nuscripti  
capitulum  
1.  
Et quidem animo cogitet, qui iudicia exercet, ipse quid  
petat cum ad hunc modum loquatur: *Et dimitte nobis debi-  
ta nostra, sicut & nos dimittimus*, &c. Interdicimus autem ne  
Christianus quisquam ad mortem exiguæ alicuius & con-  
temnendæ rei causâ mittatur: quin potius miti & mode-  
rata ad reipublicæ vtilitatem vtendum erit animaduersione.  
Neque enim pro tantulo opus manuum Domini,  
quodque ipse ingenti redemit precio, deperire sinant. Math. 6.

## III.

Prohibemus autem, ne Christiana fide tinctus quispiam Regii ma-  
nuscripti  
capitulum  
2.  
a regno procul amandetur, neve ad eos qui nondum Chri-  
sto fidem adiunxerunt relegetur: ne eorum aliquando fiat  
animorum iactura, quos propria Christus vita redemit.

## IV.

Præterea etiam præcipimus, ditio vt hæc nostra vndi-  
que purgetur, atque a nefariis sceleribus vsquequaque Regii ma-  
nuscripti  
capitulum  
3.  
temperetur. Tum, si sagæ, ariolantes mulierculæ, tabificæ,  
meretrices foedæ ac flagitiosæ sicubi in regno deprehen-